



**Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

De Archiuio Capitulari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](#)

414 Constitutionum, & Decretorum Synodatum

vir, in Collegio, Capitulo non extat, alium de Capitulo, qui quam maximè potest, idoneus sit, diligere poterit.

Sess. &c. eod. 34 Eidem Vicarium, semel electum, mutare ob causam licebit, modo alium octo dierum spacio constitutat: alioquin illius eligendis facultas ad Metropolitanum, aut ad eius antiquorem Suffraganeum, Sede Metropolitanana vacante, pertinebit.

35 Electione vero in controversiam, aut in dubium adducta, si electus censeatur, qui à Capituli maiori parte electus fuerit.

36 Ne vero Oeconomus, ceteriū officiales semel electi à Capitulo, mutentur; nisi ea electio etiam viuente Episcopo ad Capitulum pertineat.

37 Vicario autem, alijsuē officialibus absentibus, substitutorum electio ad Vicarium, non ad Capitulum spectet.

Sess. 24. c. 16. de ref. 38 Cūm Vicarius, alijsuē ex officialibus à suo munere amouendus erit, fas sit Capitulo Vicarium ipsum, officialesuē ad reddendam rationem administrati muneris compellere; eosque pro modo culpe, etiam non expectato nouo Prælato, punire, quij nihilominus eandem administrationis rationem, quam Sede Vacante reddiderint, exigere possit, atque in eos, quamvis per Capitulum absoluti essent, animadertere, ut iuris erit.

Quæ hic desiderantur, videantur in Tit. De Ministeriis Eccl. De diu. off. Quæ pert. ad benef. collationem, &c. & de Vita, & hon. Clericorum.

De Archiuio Capitulari.

S V M M A R I V M.

1 Capitula Cathedralium Ecclesiarum Archinium habeant, quod à Episcopo commune sit.

Collegiarum etiam Ecclesiarum Capitula, alterum Archinium habent. Ibidem. & quæ pert. ad bono. &c. 2.

2 Archinium uniusiquaque duobus clavis occludendum. Quæ differentes inter se sint. 6.

3 A quibus illæ seruandæ, & n. 9. in fine. Ex successoribus tradendæ. 8.

4 Eidem Archiuio Canonici duo presidiendi: iijq; qualiter constitueri. 6.

Quando unus tantum, vel plures deputandi. 9.

7 Archiuij Præfeci, scripta omnia asserunt: & quo testimonio. Scripta omnia Archiuij successorib. consignanda, & qualiter. 8.

Quæ

- 10 Quæ Instrumenta, & scripta in illud deferenda: & à quibus; infra  
quod tempus; & quorum sumptibus. & Quæ ad capitula pert. 16.  
Inuentaria bonorum mobilium, & immobilium, iuriuum, reddituum,  
ecclesiæ omnium in illud deferent. Quæ pert. ad honor. &c. n. 2.  
11 Liber instrumentorum, & scriptorum in eo existentium.  
12 Scriptum aliquod ut describendum.  
Liber actorum Capitularium in eo assertuandus. De ijs, que ad Capi-  
tula, &c. pert. 12.



Vibus in Ecclesijs, vel Cathedralibus, vel Colle- 1. Quæ pert.  
giatis Archiuum eiusmodi non sit, ab Episcopo ad bonorum  
instituatur. &c. §. At ve-  
rò.

2 Archiuia singula duobus clauibus occuladur.  
3 In Ecclesijs Cathedralibus, earum vnam Epi-  
scopus, alteram Capitulum custodiat. In Colle-  
giatis, alteram Prefectus, altera Capitulu seruet.

4. 5 Canonici duo à Capitulo constituuntur, qui Capitularis Archi- 3. De ijs que  
uij curæ present: hique singuli claves singulas habeant, inter se differē- ad cap. pert.  
tes, ita vt vni sine altero Archiuum ingredi non liceat.

6 In illis autem constituendis ea ratio ineatur, vt in illa cura gerenda  
duo semper versentur: quorum vnum, qui biennio gesserit, creato in  
eius locum altero, ab illius curæ munere abeat; alter autem, qui uno so-  
lum anno; siveque perpetuò deinceps seruetur.

7 Archiuij Prefecti scripta omnia, in Archiuo recondita, pericu-  
lo suo assertuanda, accipiant, idque publici instrumenti testimonio  
si quid verò foruiti casus acciderit, id obseruetur quod iure cau-  
tum est.

8 Quam quisque eorum clavem Archiuij habet, eam, & scripta fi-  
dei suæ commissa, munere suæ curæ biennalis confecto, successo-  
ri eadem ratione tradat: idque Canonico aliquo presenti à Capitulo  
delecto.

9 Nihil tamen derogatum sit hoc decreto consuetudini illi, si vñ-  
quam est, vt vnum tantum, vel plures Canonici Capitularis Archiuij  
curam gerant; neque item decreto primi Provincialis nostri Concilij  
vt in ijs Archiujs, quæ communia sunt Episcopo, & Capitulo, altera  
clavis penes Episcopum custodiatur.

10 Instrumenta, & reliqua scripta, ad singulas Cathedralis, aut Col-  
legiate Ecclesiæ præbeadas pertinentia, quæ apud vnumquemque, qui  
vel dignitatem, vel Canoniciatum in ea obtinet, aut in posterum obti-  
nebit, extabunt; is ea, aut illorum exempla, Notarij testimonio robora-  
ta, in Capituli Archiuum, mensis spacio deferat. Sin autem aliqua,

eg quo

quo tempore is dignitatem, aut Canoniciatum obtinet, confecta alij habent, is horis, eorumque, qui ad id se obstrinxerunt, aut alias iure uenient, sumptibus illa in Archiuum referat.

Quaecumque autem instrumenta, aut scripta, ad prebendam aliqui spectantia, in posterum conficiuntur; Canonicus, vel dignitate, personatumque obtinens, ad cuius prebendam illa quacumque ratione attinent, ea, illorumque exempla, publico Notarii testimonio munita, messe postquam confecte erunt, in idem Archiuum deferat.

Quae autem instrumenta scriptaque singulorum, qui precesserunt, Canonorum, dignitatemuē obtaintentum, tempore conscripta, ad eorum prebendas spectantia, Episcopus, pro Ecclesiē utilitate, exscribenda cū fuerit, Capituli sumptibus de scripta eodem deferantur.

Quod si Capitulum ad illos, qui ijs successerunt, qui instrumenta illa, aut scripta confici curarunt, aliqua ratione id pertinere afferat, iudicet Episcopus, cuius sumptibus id prestari debeat. Qui huic decreto, à Capituli Prefecto admonitus, non paruerit, arbitrio Episcopi mulctetur, & mulctatus etiam compellatur id ipsum prestare.

11 In eo itidem Capituli Archivio liber unus sit, in quem instrumenta, & scripta cuiusvis generis, quibus singulorum Canoniciatum, prebendariumque bona, iurauē notata sunt, referantur.

12 Scripti alicuius exemplar ex Archiuio promi, describiuē nō licet, nisi Capituli consensi. Si verò alicuius scripti exemplum aliquando exscribi oportet; id in Archiuio, si potest, alias in loco Capituli, ali quo ex Prefectis Archiuij presente, describi liceat; neque illo alio praeterā modo.

Cetera, quae ad hunc Tit. pertinere aliquo modo poterunt, videantur  
in Tit. superiori, & de Cancellario, &c.

### De Bibliotheca Ecclesiastica.

#### S V M M A R I V M .

1 Bibliothecæ Ecclesiastice utilitas.

2 Ea ubi, & quo modo constituenta.

3 Index alphabeticus librorum in ea existentium, cum illorum extationis tempore. 6.

4 Is index ubi afferuandus.

5 Volumen que habenda cura.

7 Eidem Bibliothecæ Canonicus præficiendus, & à quo; & ad quod tempus.

1148